

unpl. 13 14.

DISSERTATIO

DE

DIVERSITATE ET NUMERO
SPECIERVM

IN §. 52. ART. V.

I. P. O.

AVRE MAIORVM EXCEPTARVM

QVAM

PRO LOCO

IN FACVLTATE INCLYTA
ICTORVM


LEGITIME OBTINENDO

HABEBIT

DIE IX. SEPTEMBRIS

IOACH. ERDMANN SCHMIDT,

D. ET P. P. O.



IENAE,

LITTERIS MEYERIANIS.

CLIOCC LXII.

14

D I S S E R T A T I O

DE

DIVERSITATE ET NUMERO
SPECIERVM

IN SPECIE ANIMALIUM

A. A. O.

AVRE MAIORVM EXCEPTARVM

AVRE

T R O C C O

IN TROCCO

AVRE

ELECTIMUS OUTINENDO

AVRE

AVRE

IOACH. ERDMANN SCHMIDT

AVRE

AVRE

AVRE



§. I.



Vtrum partis maioris semper et in omni
consultatione valeant suffragia nec
ne, magna quondam animorum con-
tentione Catholicos inter et Euan-
gelicos disputabatur, et inde vsque
ad pacis Westphalicae conclusionem ductum fuit contro-
uersiae filum. Tandem fere ad votum Euangelicorum
res composita videbatur §o 52. articuli V. I. P. O., quo
sic statutum est: *in caussis religionis omnibusque aliis ne-
gotiis, ubi status tamquam unum corpus considerari neque-
unt, ut etiam; Catholicis et Augustanae Confessionis sta-
tibus in duas partes euntibus, sola amicabile composi-
tio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate.*

A

His

His igitur verbis tres easque a se inuicem plane diuersas a maioris partis suffragiis excipi species contendunt Evangelici

- 1) Causas religionis,
- 2) Omnia negotia, in quibus status tamquam vnum corpus considerari non possunt, et
- 3) in quibus, quamuis religiosa non sint, Catholici et Protestantes in partes eunt.

Negant Catholici specierum diuersitatem, et rem, in qua maioris partis suffragia locum non inueniant, religionem spectare semper debere vno fere ore, si paucos exceperis, aiunt omnes.

§. II.

Haec animorum dissensio foecunda scriptorum genitrix multa in lucem protulit, quorum alia publica auctoritate, alia priuato nomine concepta prodierunt. Potissima recensebo

- 1) Votum commune Evangelicorum in causa Toggenburgica d. 2. Sept. 1712. adiunctum sacrae libertatis anchorae et apud SCHAVROTH Sammlung aller Conclusorum corporis euang. t. 3.
- 2) Conclusum in conferentia Euangel. in causa Colon. d. 27. Apr. 1717. ap. SCHAVROTH l. c. t. 1.
- 3) Sacra libertatis anchora etc. Libellus litteris corporis Euang. d. 16. Nou. 1720. ad Imperatorem adiunctus.
- 4) Litterae Corporis Euang. d. 16. Nou. 1720. ap. SCHAVROTH l. c. t. 2. p. 793. seq.
- 5) Vota communia Corporis Euang. in causa Zwingenb. 1727.
- 6) Vo-

6) *Votum commune Corporis Cathol. d. 13. et 16. Aug. 1728. apud SCHAVROTH l.c. t. 3.*

7) *Acten-Stücke, die bei der Reichsversammlung bevorstehenden Friedensgeschäftes angestellte Berathschlagungen betreffend. f. 1761.*

8) *Umständliche Geschichtserzählung, oder abgenötigte Rechtfertigung der evangel. comitial-Gesandten, welche nach Pflicht und Gewissen die in dem westphälischen Friedensschluß so vestgegründete evangel. Gerechtsame bei letzterer Reichsdeliberation, die Friedenshandlung betreffend zu wehren und aufrecht zu halten sich gemüßiget und schuldig erachtet, zur Erläuterung der Acten-Stücke 2c. f. 1761.*

9) *Gesetzmäßige Beurtheilung des Betragens, welches bei den angestellten Reichs-Deliberationen zu Kaiserl. Majest. Bevollmächtigung im Namen des Reichs die Friedenshandlungen zu Augsburg zu beschicken von den widrigen Gesandtschaften geäußert worden ist. 4. 1762.*

Haec publico: quae sequuntur priuato nomine conscripta sunt.

1) *Loeffenius Begriff etlicher durch die Protestirende auf dem Reichstage 1615. übergebenen Fälle, in welchen sie nicht gestatten können, daß die maiora vota den Vorzug haben sollen.*

2) *HENNIGES in Meditat. I. P. Specim. V. p. 650.*

3) *COCCEII Diff. de eo quod iustum est circa numerum suffragiorum. Frf. ad V. 1705.*

4) *SCHWEDER dissert. de iure eundi in partes siue de casibus a iure maioris partis in comitiis exceptis etc. Tubingae 1718.*

5) *OSTERHAVSEN (Abrah. ab) Dissert. de iure singulorum a maiori suffragiorum comitialium parte excepto. Viteb. 1728.*

A 2

6) ICK-

- 6) ICKSTATT Dissert. 2da de fundamentis atque historia exceptionum a iure maiorum in conuentibus Imperii tam vniuersalibus quam particularibus Wurzburg 1738.
- 7) Ei. Diss. 3ia de caussis religionis a iure suffragiorum maiorum in Comitibus Imperii R. G. exceptis.
- 8) Ei. Dissert. de caussis, in quibus Status Imperii in partes eunt, a iure suffragiorum maiorum exceptis. 1740. quam sequi debebat alia de caussis et iuribus singulorum a iure suffragiorum maiorum exceptis.
- 9) HERWART Comment. de iure suffragiorum, cui adiunctum: Schreiben eines guten Freundes an den Verfasser über die vordem in Würzburg gehaltene vier Dissertationen eines vornehmen Rechtsgelehrten, von dem Stimmen-Recht im Röm. Reiche.
- 10) HOFFMANN (God. Dan.) dissert. de voto Euangel. communi. Gies. 1740.
- 11) de BEVLWITZ (Guil. Frid.) Diss. de nimia extensione iurium singularium siue casuum, vbi Status I. R. G. tanquam vnum corpus considerari nequeunt occasione art. V. §. 52, I. P. O. Lips. 1748.
- 12) FRANCKE de iure singulorum controuerso. Lips. 1755.
- 13) Beweis, daß das ius eundi in partes auch in caussis politicis statt habe. 1759.
- 14) Beweis, daß die bei denen Reichstäglichen Beratschlagungen über das bevorstehende Friedensgeschäfte von denen Euangel. ergriffene Itio in partes rechtmäßig, und in dem westphäl. Frieden vollkommen gegründet sei &c. 1761.
- 15) de eo quod iustum est circa secessionem in partes. 1762.

§. III.

In tanta igitur scriptorum copia non equidem mihi id fumo, vt omnia ea quae ad explicationem §i 52. art. V. I. P. O. pertinent, conficere velim, sed quaedam tantum attingam, et nubes, quas soli obducere conantur, dispellere tentabo.

Primum est, vt ex actis Pacis Westphalicae probem, omnia alia negotia, in quibus status tanquam vnum corpus considerari non possunt, opponi caussis religionis, eaque esse non religiosa, neque Euangelicos in concipiendo §o 52. aliud sensisse, neque Catholicos aliud intellexisse.

Secundum est, vt non nisi duas in hoc §o contineri species, ostendam, quarum altera est caussa religionis, altera omnia alia negotia, in quibus Status tanquam vnum corpus considerari non possunt; Status autem tanquam vnum corpus considerari non posse, vel quando vt singuli considerantur, vel quando Catholici et Protestantes in partes eunt.

Huic ergo consequens est, speciem secundam continere sub se alias duas, scilicet omnia alia negotia non religiosa, in quibus status tanquam singuli considerantur: deinde illa, in quibus Catholici et Protestantes in partes eunt.

§. IV.

A recentissimis controuersis abstinui, et, sicut Mathematici figuras a corporibus semotas considerant, ita ego in iure tractando ab omni singulari facto animum abdu-

6

abduxi. Ne vero, quae in ipsa tractatione sequentur, obscuriora videantur, paucas definitiones delibandas, eorumque quae ante Pacem Westphalicam gesta sunt, historiam praemittendam existimaui.

§. V.

Eorum qui in commune consulunt, de eo quod fieri vel velint vel nolint, iudicia, suffragia vel sententiae, vulgo vota dicuntur.

SCHOL. In commune consulunt, qui de negotio communi deliberant. Negotium commune est, quod ad plures peraeque pertinet: deliberant, qui commoda vel incommoda negotii perpendunt: perpendunt vero, qui illa inter se comparant.

§. VI.

Suffragia sunt vel omnium vel maioris partis vel minoris.

§. VII.

Quaesitum saepius est, utrum maioris partis vincere semper debeant suffragia.

Quam plurimi sunt, iique doctissimi, qui id aiunt; sed quod ex ipsa adeo societatis natura fluere illud contendunt, mirari satis non desino. In partes suas quidem vocant GROTIVM l. II. c. V. §. 17. *Habent, inquit, omnes consociationes hoc commune, quod in illis rebus, ob quas quaeque instituta est, uniuersitas et eius pars maior nomine uniuersitatis obligant singulos, qui sunt in societate. Quinimo enim*
ea

ea credenda est fuisse voluntas in societatem coeuntium, ut ratio aliqua esset expediendi negotia: est autem manifeste iniquum, ut pars maior sequatur minorem, quare naturaliter, SECLV-SIS PACTIS ET LEGIBVS, quae formam tractandis negotiis impennunt, pars maior ius habet integri. Sed quum Grotii auctoritas tanta esse non debeat, ut sit pro veritate, nec satis animaduvertere mihi videntur, quod Grotius dicat SECLV-SIS PACTIS ET LEGIBVS partem maiorem ius habere integri.

§. VIII.

Est enim omnis societas vel sub imperio, vel non, aut faltem non esse censetur. Quodsi est sub imperio, imperantis est, quem modum suffragiorum numero ponere velit; est vero eius voluntas vel certa vel probabilis. Si non est sub imperio, suffragiorum numerus vel pacto definitus est, vel non. Si prius obtinet, fieri potest, ut statuatur, ad negotia publica seu communia decidenda vel omnium vel partis maioris vel sapientissimorum et per consequens partis minoris opus esse suffragiis. Dubitatur, fore, ne vlla sit expediendi negotia ratio, si omnium suffragiorum consensus in definiendis negotiis requiratur, oppono exemplum reipublicae Batauorum, in qua de bello, pace et contributionibus nil nisi omnium statui potest consensu suffragiorum. Quodsi vero de suffragiorum numero conuentione nihil statutum sit, tunc quia, qui in societatem coierunt, expeditissimam negotiorum definiendorum rationem voluisse censendi sunt; ut maioris partis suffragia valeant, voluisse etiam credendi sunt.

Tegen-

Tegenwoordige Staat, van de vereenigde Nederlande.

*Fr. M. IANICON Etat présent des provinces unies, t. 1. p. 60.
ex tabulis pacis Traiectinae.*

§. IX.

Vt maioris partis suffragia in comitiis I. R. G. vincant, secundum regulam est. Catholici in sua ad gra-
uamina Euangelicorum responsione id liquido probarunt
adductis tamen quibusdam locis huc plane non pertinen-
tibus et in compendiis nostris saepius descriptis. Rem
inprimis stabilire atque adeo conficere videtur §. 7. R. I.
d. a. 1512. und was dieselbe, so erschienen sind, oder
der mehrere Theil aus ihnen beschliessen werden, = dem
soll von allen Ständen gefolget, nachgekommen und
vollstreckt werden.

Joh. Gottfr. von Meiern Acta Pac. W. t. 2. B. 15. §. 3.

§. X.

Coepta sacrorum reformatione maioris partis suf-
fragiis locum esse non debere, praesertim in comitiis
Spirensibus a. 1529. contendebant Euangelici: causam
enim religionis ad iura singulorum pertinere neque par-
tis alterius partem alteram iudicem esse posse.

J. J. Müller Historie von der Evangel. Stände Protestation
und Appellation, p. 33. 60. 69. 74. 85. 105. 113. 114.
154. 319.

Repetitae sunt querelae in comitiis Augustanis a. 1530.
et post multos et exitiales motus, quibus et arma inter-
uene-

uenerunt, transactione Passauiensi a. 1552. statutum est, iniuriam nullam ex partis maioris suffragiis Euangelicis fore metuendam;

Vertrag zu Passau aufgerichtet §. 11. in der Sammlung der R. Abschiede Th. 3.

neque tamen haec illis finem imposuit, sed recruderunt in comitiis Augustanis a. 1566., in Ratisbonensibus 1576., in Augustanis 1582.

LEHMANN Acta Pac. Rel. L. 2.

Joh. Meichsners Relation von dem Reichstage zu Augsb. 1566. in Senkenb. Sammlung P. 1.


Acta von dem Reichstage zu Augsb. 1582. in Joh. Melch. Hoffmanns Urk. Th. 1.

Quum enim in collectis belli Turcici causa decernendis et Imperatoris gratiam sibi conciliandi, et maioris Euangelicis oneris imponendi causa liberaliores essent Catholici, magis dissentientium animi incaluerunt, atque in contributionibus sponte conferendis locum dari maioris partis suffragiis negabant Euangelici. Haec controuersia in comitiis Ratisbonensibus 1595. agitata; sed quod indecisum manserat, acrius discussa in conuentibus Protestantium Heilbrunnensibus, Francofurtensibus, Spirensi et Friedbergensibus.

Acciderat interea, ut Donawerda, vrbs tunc libera, et Euangelicorum sacris addicta, contra quam latam proscriptionis sententiam Duci Bauariae exequendam commiserat Imperator, vi et armis occuparetur. Id quod,

B

quan-



quantam irritatis alioquin Protestantium, vrbis restitutionem frustra petentium animis addiderit fomitis materiam, dici vix potest.

Hinc comitia Ratisbonensia 1609., in quibus de maioribus certatum, sine decreto dissoluta exceperunt alia eodem in loco 1613. celebrata, in quibus diserte postularunt Protestantes, ne, si quando in partes irent, maior Catholicorum suffragiorum numerus, vinceret, ipsisque fraudi foret

LONDORP. t. I. l. I. c. 9. et 38. §. 2 - 18.

Silentio hoc loco praetereundem non est, quod, quo tempore de iure eundi in partes in his comitiis egerunt Protestantes, cum illis, testibus actis apud LONDORPIVM t. I., neque Saxoniae Elector nec quidam alii fecerint Principes Augustanae confessioni addicti. Qua quidem re me facile induci passus sum ad credendum, fieri non potuisse vt tunc Protestantes in ea fuerint sententia, quasi vno vel quibusdam religionis suae membris dissentientibus, hoc iure eundi in partes vti non possent.

In comitiis Ratisbonensibus a 1641. post abitum legatorum Luneburgici et Cassellani mollius actum, totumque negotium ad conuentum deputatorum Francofurri ad Moenum habendum in Calendas Maii a 16 6. reiectum, sed quod Euangelici separatim de grauaminibus suis ibi agere volebant, Osnabrugam tandem fuit translatum.

§. XI.

§. XI.

Hic post datam ad ea, quae de pacis conditionibus a Gallicis Suecicisque legatis erant proposita responsionem, Saxo-Altenburgico, Brunsvicensibus, Noribergensi sed nomine Comitum Franconicorum, et denique Argentoratensi legato nomine urbium committebatur mense Octob. a. 1645., vt in ordinem Euangelicorum redigerent grauamina. Quem inter se laborem ita partiendum censuerunt, vt Brunsvicensis primos sex articulos, Altenburgicus ecclesiastica, Noribergensis, quae ad ius reddendum spectabant, et Argentoratensis grauamina politica susciperet elaboranda.

von MEIERN Acta Pacis Westphal. t. 1. l. 8. §. 2.

§. XII.

Sunt vero grauamina mala, quae sibi iniuria illata existimabant Protestantes, et ab ecclesia, vel statu publico, vel iudiciis Imperii, in ecclesiastica, politica et iustitiae diuiserunt.

§. XIII.

Grauamen contra suffragia maioris partis a deputatis inter politica relatum, et his verbis expressum est: Haltens demnach dafür, man hätte sich deswegen mit einander freundlich und also zu vergleichen, daß nicht allein in Religions, Contributions-Sachen; sondern auch in allen und ieden andern, sie treffen an, was sie immer wollen, darinnen die Römisch-Catholische eine, und

B 2

die



die Evangelische die andere Parthei constituiren, das Ueberstimmen hinfüro nicht mehr gelten, noch der schwächern von dem stärkern dadurch überlängt, sondern eine durchgehende aequalität unter den Ständen des Reichs gehalten, und keiner von dem andern wider Billigkeit und Recht beschwehrt werden solte. Widrigensfalls da die Evangelischen Stände dem partheilichen Ausschlage und Belieben des mehrern Theils sich jedesmal ergeben und unterwerfen müssen, würden sie von allgemeinen Reichsversammlungen anders nichts, dann Schaden, Nachstand und endliches exterminium zu gewarten haben.

VON MEIERN *Acta P. W. t. I. l. 8. p. 760.*

§. XIV.

Cum igitur Euangelici causis religionis omnia alia negotia, cuiuscunque illa demum generis sint, non solum opponant, sed etiam talia praedicata adiiciant, quae causis religionis non conueniunt, patet inde, Euangelicos per omnia alia negotia non potuisse intelligere causas religionis.

§. XV.

Vt autem, quid sint causae religionis, rectius intelligatur, notandum est, Euangelicos eodem fere quo Catholici, hoc vocabulum accepisse sensu.

Primum enim eo referebant ipsam doctrinam et quae inde fluunt, secundo cultum tam internum quam externum, et tertio quae cultus causa sunt constituta. Catholici.

tholici initio causas religionis post conventionem Noribergensem 1532. ad doctrinam et cultum restringere volebant, sed restiterunt Protestantes, illarumque numero etiam bona ecclesiastica et id genus alia, quae religionis causa sunt constituta, haberi volebant, tandemque vicerunt.

HORTLEDER von den Ursachen des teutschen Krieges, l. I. c. 10. p. 68.

§. XVI.

Concepta, ut vocant, grauaminum formula, saepius de illa actum, et a reliquis deliberatum fuit legatis euangelicis. Inter alia d. 7. Nou. 1745. monuit Pomeraniae legatus, ut causis religionis et contributionis adderetur tertia species, *quando status ut status, et tamquam singuli considerantur*

von MEIERN *Acta P. W. t. I. l. 8. S. 783.* Sollte man exceptioni, worin die maiora nicht gelten, nemlich in causis religionis et contributionis auch *tertiam speciem*, quando status ut status et tamquam singuli considerantur, beifügen.

§. XVII.

Cum vero illa per quae species a se inuicem distinguuntur, sint opposita, sequitur, ut Protestantes per omnia alia negotia, in quibus status tamquam vnum corpus considerari non possunt, intellexerint non religiosa.

§. XVIII.

Die XV. Decembris 1745. grauamina sua primum legatis Imperatoris, deinde Directorio Moguntino et per ipsum statibus catholicis exhibuerunt.

Grauaminibus contra maiora ex Pomeranici legati sententia addiderunt causas singulorum. Halten es demnach dafür, man hätte sich deswegen mit einander freundlich und also zu vergleichen, daß nicht allein in Religions-Contributions- und denen Sachen, da die Stände *vt singuli* zu consideriren, sondern auch in allen und ieden andern, sie treffen an was sie immer wollen, darinnen die Catholischen eine und die Evangelische die andere Parthei constituiren, das Ueberstimmen hinfüro nicht mehr gelten = = solle.

§. XIX.

Initio mensis Februarii 1646. sua quoque grauamina, et simul responsonem ad Euangelicorum grauamina et speciatim ad septimum sic exhibuerunt Catholici: Gestalt Catholische sich vielmehr, und mit besserem Grunde zu beschweren haben, daß die Augsburgische Confessionsverwandten die maiora nicht wollen gelten lassen, oder dieselben in solche enge cancellos, da es um des Reichs Defension, und die Wahl eines Röm. Königes allein zu thun, includiren und beschliessen; andere übrige Fälle aber per maiora nicht decidirt haben wolten da nemlich die Stände *vt singuli* zu consideriren und darin die Augsburgische Confessions-Verwandte eine, und die Catholi-

tholische die andere Parthei constituiren: Denn es ist eine gemeine Regel daß alle des heil. R. Reichs allgemeinen Statum betreffende Sachen ohne Unterschied per maiora entschieden werden sollen und müssen, ausserhalb deren, welche in den Reichs-Constitutionen von dieser Regel ausgezogen werden. Will derowegen zu besserer Erklärung dieses puncti vonnöthen sein, daß sich die H. Augsburgische Confessions-Verwandten in specie erklären, in welchen Sachen sie die maiora gelten und in welchen sie dieselben nicht gelten lassen wollen, &c.

von MEIERN *Acta P. W. t. 2. l. 15. p. 563.*

§. XX.

Ergo Catholicos omnia illa negotia, in quibus Status tamquam vnum corpus considerari non possunt, intellexerunt de non religiosis.

§. XXI.

Responzionem Catholicorum exceperunt media compositionis, Comiti de Trautmansdorf partim abiturienti, partim Monasterium iam reuerso exhibita, et per Moguntinum cum Catholicis communicata. Quod ad suffragia partis maioris attinet, se nihil quam quod rationi, aequitati et legibus Imperii conueniret, petiisse contendunt Euangelici, contra Catholici reperunt, quae prius dixerant.

Adam. ADAMI *Relatio hist. de pacificat. Westphal.*
v. MEIERN *Acta P. W. t. 2. l. 15.*

Hoc



Hoc facto colloquium cum Catholicis postularunt Euangelici, cuius initium d. 2. April. factum, sed quum parum vel nihil praesertim quod ad grauamen VII. attinet, actum esset, expedire sibi visum est Catholicis, legatorum Caesaris de grauaminibus sensum explorare qui responderunt: pluralitatem votorum, vtor verbis Adami, *in caussis publicis* et quaestionibus de collectis Imperii attendendam esse; at in caussis religionis pluralitati non innitendum.

ADAMI *Relat. hist. de P. W. c. 13. §. 12.*

§. XXII.

Ergo et Caesaris legati specierum diuersitatem ab Euangelicis propositarum agnouerunt.

§. XXIII.

Reuertentes Monasterium legati catholici promiserunt, se amplioribus mandatis instructos redituros, vice eorum functus Comes de Trautmansdorf scriptum d. 1. Iunii st. v. tradidit, in quo, quod ad suffragia partis maioris attinet, haec continebantur. *In Religions-Sachen läßt man geschehen, daß die maiora vota nicht statt haben; in übrigen Reichs-Sachen verbleibet es bei dem Herkommen, daß die maiora schliessen.*

v. MEIERN *Acta P. W. t. 3. l. 20. §. 12. p. 155.*

§. XXIV.

Negotia Imperii hoc loco opponuntur caussis religionis. Quis igitur diuersitatem specierum si 52. negabit?

§. XXV.

§. XXV.

Scripto Trautmansdorffii responderunt Euangelici
d. 9. Iun. his verbis:

In Religion = Contribution = und Sachen, da die
Stände nicht als ein corpus vniuersum considerirt wer-
den, auch in allen andern sie treffen an, was sie wollen,
darinnen die Evangelische die eine, die Catholische die an-
dere Parthei constituiren, sollen auf Reichsdeputations-
Creis = und andern dergleichen Conventen die maiora
vota nicht statt haben.

§. XXVI.

Obseruandum hic censeo,

- 1) Protestantes quum antea scripserint negotia in qui-
bus tamquam singuli considerantur, nunc verba pri-
mum mutasse, vt scriberent, in negotiis, in qui-
bus Status tamquam corpus vniuersum consideran-
tur
- 2) haec verba in I. P. O. iterum sic mutata: vbi
Status tamquam vnum corpus considerari neque-
unt
- 3) ex eo quid fit corpus vniuersum, intelligi posse,
quid fit corpus vnum et
- 4) Negotia hoc loco intelligi non religiosa.

XXVII.

Legatis Saxonis Electoralibus, a Trautmansdor-
ffio, vt se pacis negotio immiscerent, tentatis, et, quod susce-
pti reliquis Euangelicis, atque operam suam perdere vi-
deban-

C



debantur, eo abstinentibus, Euangelici legati a Catholicis, qui iam saepius Osnabrugam de pace tractandi causa accesserant, arcano forsan consilio, inuitabantur, ut si ipsis pacis studium curae cordique, esset, Monasterium vicissim venirent. Missis itaque quibusdam Euangelicorum deputatis legati Imperatoris quibusdam Catholicis liberaliores visi, cum illis aliisque Protestantibus, qui Monasterii erant, cummunicabant vltimam, ut vocabant, declarationem d. 2. Iul. 1646. Haec deliberationibus Euangelicorum Monasterii dedit occasionem, in quarum aliqua d. 21. Iul. habita monuit Luneburgicus:

Bedünke ihm die Clausula im Evangel. Aufsatze art. 47. in allen andern, sie treffen an, was sie wollen, ic. zu general zu sein. Doch falle ihm auch fast keine bequemere formul zu: es wäre denn, daß man setzen wolte, die auch per indirectum die eine oder andere Parthei angehen: er wäre aber auch wohl damit zufrieden, daß die gesetzte Clausul noch zur Zeit bliebe: Denn also gebe man sich nicht in Gefahr.

Quae quidem verba eo pertinent, ut egregie probent Protestantium de iure eundi in partes *in quibuscunque causis* sententiam, in qua tempore tractatum fuerunt.

V. MEIERN *Acta P. W.* l. 20. §. 28.

§. XXVIII.

Reuersis cum Oxenstierna Osnabrugam deputatis euangelicis, sublatoque inter legatos Osnabrugenses et Monasterienses euangelicos per colloquium Lengerici habitum

bitum diffensu, Catholicis Osnabrugae d. 14. Aug. et Monasterii d. 18. Aug. Protestantium vltima seu sic dicta finalis declaratio fuit exhibita, in qua de suffragiis sic statutum est:

In Religion= Contribution= und denen Sachen, da die Stände nicht als ein Corpus considerirt werden, sondern die Evangelischen die eine und die Catholischen die andere Parthei constituiren, sollen auf Reichs= Deputations= Kreis= und andern dergleichen Conventen die maiora nicht Istatt haben.

v. MEIERN *Acta P. W.* l. 21. §. 9.

§. XXIX.

Liquet ergo, speciem, quando Protestantes et Catholici in partes eunt, contineri sub negotiis, quando Status tamquam vnum corpus considerari non possunt.

§. XXX.

Haec Protestantium vltima declaratio adeo Catholicis displicuit, vt illam quasi nudam eorum, quae antea dicta erant, repetitionem et repugnantia in se continentem, scilicet quod, quae sibi fieri velint, eadem Catholicis fieri nolint, plane reiicerent. Id quod minime se ita habere ostendunt quidem Protestantes; sed modum et locum agendi de pace mutandos suaserunt legati Caesaris. Aegre illud tulerunt Osnabrugenses, molliores fuerunt Monasterienses, increpati eam ob causam ab illis; sed auctore suasoreque Saluio, Monasterium proficiscen-

C 2

te fa-



te factum est, vt Osnabrugenses actionem de grauaminibus Monasterii redintegrare consentirent. Quum vero colloquiis inter deputatos institutis nihil efficeretur, Catholici legatis Imperatoris, Euangelici Suecis partes commiserunt suas. Saluius itaque sententiam Protestantium de grauaminibus et speciatim de suffragiis mense Nouemb. scripto latino sic declarat:

In caussis religionis et collectarum, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tamquam vnum corpus vniuersim considerari nequeunt, Catholicis et Euangelicis in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat non attenda votorum pluralitate, idque tam in vniuersalibus quam particularibus Imperii conuentibus obseruetur.

§. XXXI.

Ex his, qui ne acutum quidem videt, facile perspiciet, Saluium speciem de Protestantibus et Catholicis in partes euntibus comprehendere voluisse sub omnibus aliis negotiis in quibus Status tamquam vnum corpus vniuersim considerari non possunt.

v. MEIERN *Acta P. W.* t. 3. l. 3. §. 39.

§. XXXII.

Post abitum Saluii d. 21. Nou. Deputatis euangelicis tradidit Trautmansdorfius nouam de grauaminibus declarati
qua,

onem, in qua, quae prius iam dicta erant de suffragiis repetita sunt. Quia vero sine Suecis de grauaminibus commode tractari posse negabant, Osnabrugae de illis agendum esse existimabant. Prius vero, quam abierunt, Trautmansdorfio differentias, seu capita, in quibus adhuc a Catholicis diffidebant, exhibuerunt.

v. MEIERN *Acta P. W.* l. 21. §. 43.

§. XXXIII.

Remotis obstaculis, Osnabrugae agi coeptum est d. 28. Ian. st. v. 1647. a legatis Imperatoris Trautmansdorfio et Volmaro, quem prae Cranio optauerant Protestantes, et Suecis, quibus adiungebantur quidam Euangelicorum deputati, scilicet Thumshirn Altenburgicus, Langenbeck et Lampadius, Brunsvicenses, D. Geissel, Comitum nomine missus, D. Oelhafen, Noribergensis, et quem saepe in actis loquentem deprehendi, D. Otto, Argentoratensis; quamvis in designatione deputatorum eius non fiat mentio. In confesso tertio actum est de maioribus, quibus si locus negaretur, Imperii dissolutionem metuendam esse monuit Comes de Trautmansdorf; sed quum fera nulla alia nisi suffragiorum in causa contributionum fiat mentio, in eam incidi opinionem, quod in reliquis iam cesserint, aut cedere Euangelicis animum induxerint Caesaris legati; et quamvis in noua declaratione prioribus inhaeserint, et suffragiis maioris partis in causis ad statum publicum spectantibus, nec non in contributionibus, solis religionis causis exceptis, locum esse debere adseruerint, id tamen non obstinato prioribus insistendi ani-



mo, sed actionis commodius redintegranda causa factum confessus est Trautmansdorfius. Evangelici igitur suam quoque declarationem, olim auctoribus Suecis latinis verbis conceptam exhibuerunt d. 27. Febr. st. v. 1647., et articulo 21. de suffragiis addiderunt primum particulas **VT ETIAM**, germanismum, **wie auch** redolentes. Id quod ideo factum suspicior, vt species duae, quae sub omnibus aliis comprehenduntur, luculentius distinguerentur. En totum articulum 21.

In causis Religionis et collectarum, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tamquam vnum corpus considerari nequeunt, vt etiam, Catholicis et Evangelicis in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attendenda votorum pluralitate.

VON MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 25. §. 13.

§. XXXIV.

Opposuerunt quidem legati Caesaris in declaratione vltima d. 25. Martii huic articulo 21. sequentem:

Quodsi dubia in causis exercitium Religionis bonaque ecclesiastica concernentibus oriantur, et vel a Camera Imperiali vel iudicio Imperatoris aulico ad decisionem Statuum Imperii remittantur: Item si ad quaestiones in comitiis siue vniuersalibus, siue particularibus propositas ex vna parte Augustanae

Con.

Confessionis Status in diuersas abeunt sententias sola amicabile compositione dissensio componatur, ac proposita dubia resoluantur, non attenda votorum pluralitate. In caussis vero Collectarum, et aliis statum Imperii politicum concernentibus, haectenus a multis retro seculis obseruatus per maiora concludendi modus porro etiam obseruetur.

Euangelici vero in sua sic dicta resolutione d. 8. Martii st. v. postularunt, vt loco eius articulus 21. in proximo §o descriptus substitueretur. Id quod a Saluio factum, eoque effectum est, vt Caesaris legati paulatim cederent, et nulla, nisi de valore suffragiorum maioris partis in caussis contributionum superesset controuersia.

VON MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 25. §. 18. seq.

§. XXXV.

Cedi vero in his a Protestantibus, quia Caesaris maxime intererat, acriter vrgebant eius legati; sed neque in hac re cedendum sibi putabant; eamque ob causam in concluso d. 12. April. 1647. ad articulum 21. sic statuebant:

Wegen Pluralität der votorum in materia collectarum müsse man zum wenigsten in contradictione verbleiben, und wäre gar nicht einzuräumen.

2018



von MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 25. §. 26.

§. XXXVI.

Temperamentum, quod huic rei adhiberi optimum visum est, fuit, vt ad proxima de contributionibus materia remitteretur Comitia. Hoc facto ipsi Imperatoris legati, Euangelicorum verbis vfi sequentem Suecis exhibuerunt d. 14. Maii de suffragiorum valore formulam:

In causis religionis, omnibusque aliis negotiis, vbi Status tanquam vnum corpus considerari nequeunt, vt etiam Catholicis et Augustanae Confessionis statibus in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attempta votorum pluralitate: Quod autem ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, quum haec res in praesenti congressu decidi non potuerit, ad proxima comitia remissa esto.

von MEIERN *Acta P. W.* t. 4. l. 29. §. II.

§. XXXVII.

Haec igitur Euangelicorum verba ab ipsis Catholicas, post multas deliberationes approbata et instrumento P. O. inserta non possunt aliter, nisi ex Protestantium mente intelligi.

§. XXXVIII.

Sunt vero ex mente Euangelicorum negotia, in quibus Status tanquam vnum corpus considerari non possunt

sunt, cuiuscunque generis, et caussis religionis opposita: sunt species, quae cum altera, nempe caussis religionis continentur sub eodem genere negotiorum, in quibus suffragia maioris partis non valent, species autem a se inuicem differre ex primis rationis principiis constat: Sunt negotia, quae ad corpus vniuersum non pertinent, sunt etiam iura singulorum, ad quae ex mente legatorum Euangelicorum referri debebant contributiones. Ergo ex mente Protestantium haec negotia sunt non religiosa, et ita a Catholicis intelligenda. Et quod sic intellexerint, probant eorum, quas Euangelicis dederunt, responsiones, in quibus vocantur negotia publica, item negotia Imperii, ex quibus, si suffragia maioris partis de illis non deciderent, dissolutio Imperii esset metuenda. Atqui negotia Imperii seu publica sunt non religiosa.


§. XXXIX.

Meis ex rerum gestarum ferie depromptis alia ab *Auctore sacrae libertatis anchorae* in hanc rem prius scripta addi possunt argumenta:

- 1) quod vocabulum *alius* repugnantiae seu diuersitatis notionem inferat
- 2) quod particulae *vt etiam*, Germanorum *wie auch* significantes, diuersa coniungant, et
- 3) quod, si negetur diuersitas, ineptissimus foret loquendi modus, de legatis, doctrina et rerum usu praestantissimis mea quidem sententia difficile credendus.

D

v. Sa-



v. *Sacrae lib. anch.* §. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

§. XL.

Hanc denique specierum in §. 52. contentarum di-
uerſitatem egregie probat testimonium Electorum cum
Principibus Imperii de aequalitate in deputationibus Im-
perii certantium apud LONDORP. t. 7. p. 360.

Die Herrn Churfürſten haben = = dahin ſich
mit einander verglichen, daß nemlich in erſtgedachten Re-
ligions- und andern Sachen, da die Stände als ein Cor-
pus nicht mögen conſiderirt werden; wie auch da die Ca-
tholiſchen und Augſburgiſchen Confeſions-Verwandte
Stände: alſo auch im Churfürſtlichen Collegio die Ca-
tholiſche und Augſburgiſche Confeſionsverwandte Chur-
fürſten ſich in zwei Theile ſcheiden, auf mehrere Stim-
men nicht geſehen = = werden ſoll.

Quodſi conſideres maximam Electorum partem ca-
tholicae religioni fuiſſe addictam, omnes pacis negotio
interfuiſſe, et breui a pace concluſa tempore ſic locutos,
quum in omnium adhuc eſſet memoria, quid actum et
quid conuentum fuerit, nescio, an, quod ad huius re-
ſtimonii valorem labefactandum magnopere faciat, adfer-
ri queat. Quod enim Catholici in voto communi in cauſa
Zwingenbergica lato apud SCHAVROTH t. 3. p. 903.
der Sammlung aller Concluſorum corp. Euang, dicant,
hoc - quod Electores ſcripſerint, reliquis Catholicis, qui
diſſenſum ſuum ſemper ſignificauerant, fraudi eſſe non
poſſe,

posse, non eo pertinet, vt ipsa vis testimonii infringatur.

Maximum vero his omnibus robur addit §. 191. R. I. a. 1654.

und in caussis politicis die maiora, doch weiter nicht als dem Instrumento pacis gemäß, gelten sollen.

Est vero hoc loco obseruandum caussas politicas distingui a religiosis, et per consequens in decreto comitiali agnita fuit specierum diuersitas.

§. XLI.

Accedo nunc ad secundum, quod mihi explicandum proposui caput, scilicet vt, quot in §. 52. art. V. species contineantur, ostendam. Est peruulgata, a Statibus Evangelicis recepta, a Catholicis oppugnata; sed vicissim ab illis acriter defensa sententia, dari tres,

- 1) caussas religionis,
- 2) negotia, in quibus status tamquam vnum corpus considerari nequeunt, et
- 3) quando Catholici et Protestantes in partes eunt.

Nullam quidem ex his tribus nego; qui enim hoc auderem? sed quod contra mentem paciscentium non recte iuxta se inuicem collocatas video, duas constituo, sub quarum altera, quando nimirum Status tamquam vnum corpus considerari non possunt, duas alias comprehendo: alteram,

alteram, quando Status tamquam singuli confide-
rantur:

alteram, quando Catholici et Protestantes in par-
tes eunt.

Si forte, cum rem ipsam non mutem, cui vsui haec
noua sit diuisio, quaeras: respondeo, duplicem huius rei
esse dotem, tum quod rerum gestarum veritas hoc po-
stulat, quae nunquam non cognitionem efficit clariorem:
tum quod aduersariorum eo facilius infringi queunt ar-
gumenta.

§. XLII.

Ne quid autem temere fecisse, et laureolam in mu-
staceo nouitatis studiosus quaerere videar, monendum be-
neuolum lectorem partium mearum esse puto: primum
Auctorem sacrae libertatis anchorae, legum dialectices
inprimis gnarum idem ante me dixisse, qui §o tertio ait,
pluralitatem non esse attendendam

1) in caussis religionis

2) omnibusque aliis negotiis, vbi

1) Status, vt vnum corpus considerari nequeunt

2) Catholici et Augustanae confessionis Status in
duas partes eunt.

Deinde veritatis consequendae studio optimus quisque
ducitur, atque adeo natura impellitur.

§. XLIII.

§. XLIII.

Rem autem sic gestam, et sic a pacifcentibus intel-
 etam his confirmo argumentis

- I) Pomeraniae legatus in deliberatione legatorum Eu-
 angelicorum de grauaminibus monebat, tertiam
 speciem, quando Status tamquam vnum corpus con-
 siderari non possunt, diserte esse exprimendam
 vid. §. 16.

Quum ergo duae, quarum antea meminerat essent
 caussae religionis et contributionum, haec autem ad
 proxima comitia fuerit remissa, superabant caussae
 religionis et negotia, in quibus Status tamquam v-
 num corpus considerari non possunt. Ergo haec,
 quum tertia esset, facta est secunda in conuentione.

II) Ex rerum gestarum serie obseruandum est,

- 1) initio tractatum de valore suffragiorum maioris
 partis Protestantes vtramque speciem, tum quando
 vt singuli considerantur, tum quando in partes eunt
 diserte expressisse, et non priori, sed posteriori si-
 gnum quantitatis *omnia*, et determinationem, *cu-*
iuscunque demum sint generis, adiecisse. vid. §. 13. 18.

- 2) postea vocabulum *singulorum* omisisse, et eius loco
 substituisse, quando tamquam vnum corpus confide-
 rari non possunt.

- 3) sub vocabulo vnius corporis tamquam communi v-
 tramque



tramque speciem comprehendere voluisse. Id quod

- 4) inde apparet, quod Evangelici *in negotiis, in quibus Status tamquam unum corpus considerari non possunt, sed in quibus in partes eunt, suffragiis maioris partis locum esse negabant.* vide FINALEM IPSORVM DECLARATIONEM §. 28.

Haec propositio, quae aduersatiua et composita est, secundum regulas explicata continet sequentem: *negotia, in quibus Status in partes eunt, sunt negotia, in quibus tamquam unum corpus considerari non possunt.*

Praedicatum quod est idea superior, complectitur subiectum, ideam inferiorem.

- 5) Eandem ob causam factum est, vt, quum signum quantitatis *omne*, et vocabulum *alius* praemissa essent verbis posterioribus, *quando Catholici et Protestantes in partes eunt, vtrumque transtulerint ad priora nempe ad negotia, in quibus Status tamquam unum corpus considerari non possunt.*

Quae quidem signi quantitatis et determinationis translatio manifesto indicio est, quod speciem, quando Status in partes eunt, comprehendere voluerint sub illa, quando tamquam unum corpus considerari non possunt. Ne vero

- 6) calumniari quis posset, hanc speciem, *quando Status in partes eunt, non contineri sub illa altera quando tamquam unum corpus considerari non possunt, notanter addi-*

addiderunt particulas coniunctionis *eiam* et, *vt etiam*,
vide §. 36.

§. XLIV.

Causarum religionis, quod supra iam dixi, classes
sunt tres: vel enim ad doctrinam pertinent, vel ad cul-
tum tam internum quam externum, vel ad res doctrinae
aut cultus causa constitutas.

Ad primam classem refero formulas fidei, confessio-
nes, canones, epistolas Pontificum decretales, etc.

Ad secundam conciones, lectionem scripturae sacrae
catecheses, ritus, cantus, pulsus campanae, sepulturam,
exercitium religionis publicum, vel priuatum vel dome-
sticum, lege, vel conuentione stabilitum, vel gratiose per-
missum, et id genus alia.

Ad tertiam templa, scholas, locum sepulturae, bo-
na ecclesiastica, redditus, decimas, iurisdictionem eccle-
siasticam, ius reformandi etc.

Haec paula aliter a Viro perillustri L. B. de ICK-
STATI distributa sunt in dissertatione de causis religio-
nis §. 22. 30. 31., id quod tamen venia summi Viri dixe-
rim. Primae classi recte tribuit formulas fidei, secun-
dae male ius reformandi, et iurisdictionem ecclesiasti-
cum: tertiae denique res ecclesiasticas, et iura, quae
eorum causa competunt.

§. XLV.

Ergo causae religionis non sunt, propter quas ex
diuersitate religionis fit secessio in partes, vel quae quo-
modocunque ad religionem spectant, aut cum illa con-
iunctae

iunctae sunt, quamuis multorum animis haec profunde infederit opinio.

§. XLVI.

Hoc autem iuris beneficium, ne suffragia maioris partis in caussis religionis valeant, non alio intelligi potest modo, quam quo inter Catholicos ex vna et Euangelicos ex altera parte conuentum est. Atqui pacti sunt de caussis inter ipsos agitatis. Ergo

- 1) hoc beneficium ad Catholicos et Euangelicos tantum pertinet
- 2) non vero ad illos, qui neque cum Catholicis neque Euangelicis faciunt.
- 3) neque ad controuersias, quae inter solos Catholicos oriuntur, aut inter solos Protestantes.

§. XLVII.

Conuentum etiam est de hoc beneficio, nullo adiecto modo, quo interueniente pars alterutra illo frui posset. Ergo ipso iure valet, neque necesse est, vt in caussis religionis in partes eatur. Potest tamen iri in partes, si volupe fuerit; sed quid opus ambagibus est, vbi recta incedi via potest?

§. XLVIII.

Pactio de non admittendis suffragiis maioris partis in caussis religionis in vtilitatem partium, praecicue Protestantium inita est, vt esset regula in perpetuum valitura. Ergo mutari aut derogari ipsi non potest, nisi consentien-

fentientibus illis, quorum interest. Quodsi vero perillu-
stris de Ickstatt existimet in dicta dissertatione §. 40., re-
gulam, quod maiora non valeant in caussis religionis,
esse limitandam, si publica aliud suadeat utilitas, vix vi-
deo, quomodo publica utilitas illud, quod in utilitatem
paciscentium ab ipsis publica auctoritate constitutum est,
sine eorum consensu tollere possit. Quum ergo Prote-
stantes dissensum suum de clausula Pacis Ryswicencis ad-
mittenda satis declarauerint; ficta publica utilitas quid
ad defendendam iustitiam huius clausulae faciat, videant
alii: ego caecutio.

§. XLIX.

Caussas religionis, de quibus, quod dici adhuc pote-
rat, ab aliis occupatum iam est, sequuntur negotia, in qui-
bus Status tamquam vnum corpus considerari non pos-
sunt. Locum vexatissimum vocat Dominus ab OSTER-
HAVSEN, et crucem interpretibus fixisse scribit Guil.
Fried. de BEVLWITZ in *Diss. de nimia extensione iurium sing.*
p. 6., quorum explicationes adducit Io. Iac. MOSERVS
Staats-Recht P. 49.; sed solius *Auctoris sacrae libertatis*
anchorae verba transcribam quae ipse meditatus sum adie-
cturus:

*Tandem, inquit §. 47., quaeritur, quatenam sint illa negotia,
vbi Status vt vnum corpus considerari nequeunt. Quod tamen non
adeo difficile erit explicatu, vt quibusdam primo statim intuitu vi-
deri possit. Sat enim clarum atque indubium mihi videtur, in illis
negotiis Status tamquam vnum corpus considerari debere, quae aequa-*

E

liter



litter omnes simul, ut membra unius corporis tangunt, eorum bonum commune concernunt, et ab omnibus simul ut uno corpore expediri debent. Haec namque est forma reipublicae Germanicae, quod communia Imperii negotia, ubi aequaliter omnium interest, quae actus totius corporis sunt, praevia consultatione et consensu Statuum expediri debeant. - -

Vbi vero negotium non omnes simul aequaliter tangit, ubi bonum inde resultans non in omnes aequa proportione redundat, et ubi non ab omnibus communi nomine expediri debet, ibi sane Status ut unum corpus considerari nequeunt.

Haec egregia, sed nunc mea maioris lucis adfundendae causa adferam.

§. L.

Corpora moralia, quae propter similitudinem cum corpore physico nomen sortita sunt, requirunt

- 1) plura membra
- 2) confociationem seu coniunctionem membrorum inter se,
- 3) finem communem.

SCHOL. Membra coniungenda dicuntur singuli. Confociatio fit, ut plurium vires, cum singuli finiconsequendo sint impares, coniungantur. Finis communis est illud, quod opera studioque communi consequendum sibi pro-

pro-

proposuerunt singuli. Negotia, quae boni publici causa suscipiuntur aut geruntur, negotia publica seu communia dicuntur.

§. LI.

Singuli igitur, qui boni consequendi causa in corpus coierunt, in id consensisse intelligi non possunt, ut sibi a sociis res aut iura sua adimantur; nisi summa et ineluctabilis hoc exigat necessitas. Qua tamen superata, publica obligatio est, singulis, quae adempta sunt, restituendi. Res vero singulorum non tantum intelliguntur iam acquisitae, sed etiam corporis causa, cuius sunt membra acquirendae.

§. LII.

Res singulorum sunt, quae in bonis singulorum sunt. Ergo res singulorum non sunt negotia publica. Haec vel unius vel plurium voluntate expediuntur. Ex plurium voluntate expediuntur per suffragia. Ergo res singulorum non subsunt suffragiis.

§. LIII.

Si confociatio aut finis communis desit, corpus non intelligitur. Fieri autem potest, ut aut ad tempus aut certo respectu confociationis nexus cessare censeatur. Quodsi accidit, membra corporis, vinculo seu compage corporis alioquin durante, considerantur vel tamquam singuli, id est extra vinculum, quo corpus continetur

constituti, vel, si plura membra inter se coniuncta diuer-
 sos fines tueantur, tamquam partes.

§. LIV.

Ea Imperii R. G. est constitutio, vt cum Imperato-
 re Status Imperii in expediendis negotiis publicis con-
 currant. Sunt vero status membra corporis Imperii R.
 G. immediata cum iure suffragii in negotiis publicis.
 His vero sunt iura sua peculiaria a negotiis publicis di-
 stincta, quae iuri suffragiorum maioris partis nec sub-
 sunt, neque adeo ipsis a reliquis Statibus per suffragia a-
 dimi possunt. vide §. 51.

§. LV.

Hac ex ratione factum est, vt Euangelici in comiti-
 iis praesertim Ratisbonensibus a. 1613. postularent, ma-
 ioribus locum dandum non esse in *eximirten, priuilegirten*
und immunitäten Sachen: item in Verträgen der
Geschlechter, Verhandlungen, Verbindnissen und
dergleichen, werden die maiora aufgehoben. Denn
solche erleiden keine Veränderung, Zusatz, Erkläa-
rung, oder Auslegung durch die maiora. Wie denn
der König in Böhmen, die Churfürsten Pfalz und
Sachsen im geringsten nicht gedulden werden,
daß ihre Handlungen und Verträge durch die ma-
iora vernichtet und aufgehoben werden solten.

LONDORP. Acta publ. t. I. p. 138.

Sic a. 1664. in controuersia de deputatione Bauarus
 et Palatino Lauterensis ius suum quaesitum decisioni suf-
 fragio;

fragiorum subiici posse, negabant. Als aber Baiern und Pfalzlaubern sich hierzu nicht obligiren wollen, und hierauf PfalzNeuburg mit andern hierüber eine Umfrage begehrte, widersetzten sich obgedachte beide gleichfals diesem Begehren, und wendeten ein, sie könten sich ihr *ius quaesitum* durch andern nicht abvotiren lassen.

HENNIGES *in meditat. ad I. P. spec. V. Mant. l. p. m. 725.*

§. LVI.

Status Imperii R. G, tamquam vnum corpus considerari non possunt, quando in certis caussis et certo respectu nexus seu vinculum, quod inter ipsos est, cessare censetur. vide §. 53. Id quod si oriatur ex rebus seu iuribus peculiaribus a negotiis publicis distinctis, suffragiis maioris partis non subiectis, et ad ipsos tamquam singulos pertinentibus, considerantur tamquam singuli.

§. LVII.

Denique Status tamquam vnum corpus considerari non possunt, quando Catholici et Protestantes in partes eunt. Id quod fit

- 1) Si in oppositas abeunt sententias
- 2) propter fines diuersos,
- 3) quos tueri cuiusque corporis interest
- 4) in quibuscunque negotiis et per consequens in non religiosis.

E 3

§. LVIII.

§. LVIII.

Vltimum inprimis negant Catholici et in solis causis religionis ius eundi in partes locum habere existimant. Sed obstat ipsis

- 1) mens paciscentium, qui vti ex actis constat, saepius declararunt, ius eundi in partes obtinere debere in omnibus negotiis, cuiuscunque demum generis et obiecti: *sie treffen an, was sie immer wollen.* vid. §. 13. 18. 25.
- 2) Haec paciscentium mens egregie explicatur sententia legati Luneburgici in deliberatione Euangelicorum Monasterii d. 21. Iul. 1646. proposita: videri sibi, ait, clausulam Euangelicorum nimis generalem; sed in mentem sibi non venire, commodiorem; nisi forte quis substituere voluerit: *in negotiis, quae PER INDIRECTVM ad alterutram partem pertinent,* neque tamen sibi displicere clausulam scriptam: illa enim manente, periculum ex sinistra interpretatione vix esse metuendum. vide §. 27.
- 3) Negotia, propter quae itur in partes, pertinent ad omnia illa negotia, in quibus Status tamquam vnum corpus considerari non possunt: Atqui probatum est, haec esse non religiosa. Ergo ex mente paciscentium itur in partes in negotiis non religiosis.

§. LIX.

Quum in §o 52. art. v. I.P.O. indefinite nullo quantitatis

titatis signo propositioni adiecto, scriptum fit: *Catholicis et Augustanae confessionis Statibus in duas partes euntibus*, quaesitum est: *utrum omnes omnino Evangelici, nemine excluso, itioni in partes interesse debeant, an quidam ob illa, durante alioquin corpore, discedere queant? siue utrum ad secessionem in partes vota requirantur vnanimia?*

Auctor scripti de eo quod iustum est circa secessionem in partes §. 52. ad itionem in partes non requiri omnium suffragia, sic probat:

Ad discessionem in partes vota vnanimia sunt vel non sunt absolute necessaria. Si prius: fieri nequit, ut non in causis religionis et negotiis, ubi Status tanquam vnum corpus considerari nequeunt, vota vnanimia quoque necessaria adesse debeant. Et enim haec itidem ac discessio in partes, in numerum eorum incidunt, quae a pluralitate votorum per §. 52. I. P. excipiuntur. Quod quum prius esse nequeat; verum ergo posterius, quod scilicet ad discessionem in partes non requiratur, ut vota vel ex Catholicorum vel Evangelicorum parte sint vnanimia. Q. E. D.

Ohe! iam satis est: valeant demonstrationes, ut tales sunt! Licetne a specie ad speciem determinate, ut loquuntur concludere? aut quomodo haec se consequuntur? si causae religionis, omniaque alia negotia, in quibus Status tanquam vnum corpus considerari non possunt, excipiuntur §. 52. a pluralitate votorum, sequitur, ut ad discessionem in partes non requiratur, ut vota vel ex Catholicorum vel Evangelicorum parte sint vnanimi-



nanimia. Sane non hoc modo; sed sic concludi debebat. Ergo votorum pluralitas in iure eundi in partes non attenditur. Aliud enim est pluralitas votorum ratione omnium Statuum: aliud consensus omnium suffragiorum seu vota vnanimia in partibus.

Sed facile patior hunc Auctorem, quicquid ille demum est, loqui pro imperio, et sensu abundare suo.

§. LX.

Sunt et alii, qui consensum omnium corporis vel catholici vel euangelici membrorum in secessione in partes non esse necessarium, ex natura corporis sequi existimant. Sed hoc a conuentione pendere supra §. 8. ostendi. Quae quum in §o 52. Art. V. deprehendatur, inquirendum est in mentem paciscentium, praecipue Protestantium, qui formulam conuentionis conceperunt, et quibus post peruicacem disputationem cesserunt Catholici.

§. LXI.

Inspicienti autem mihi in ea, quae gesta sunt, haec se offerunt

- 1) quod, quo tempore in conuentionibus Heilbronnen-
sibus, Francofurtensibus, Spirensi et Friedbergensi-
bus de suffragiis maioris partis in certis caussis non
amplius admittendis egerunt Protestantes, quidam
eidem

eidem doctrinae addicti Status cum reliquis non fecerint.

LONDORP. *Acta publ. t. 1.*

2) quod in comitiis Ratisbonensibus a. 1613., in quibus Protestantes suffragia maioris partis in caussis, in quibus Status in partes eunt, locum non habere contendebant, Saxoniae Elector, et quidam Status res suas sibi, et a corpore Euangelicorum, seu ita dictorum Vnitorum separatas haberent.

vide §. 10. p. 10.

3) quod a 1645., quo Protestantes de grauaminibus agere incipiebant, Saxoniae Elector adhuc foedere coniunctus erat cum Imperatore, et Protestantibus longe suspectus.

4) quod Principes et reliqui Status euangelici, exclusis Electoribus formulam de grauaminibus conceperint, solique de illis egerint.

Haec ruminatus, in sequens incidi argumentum:

Si eo tempore, quo Euangelici de iure eundi in partes egerunt, formulamque de suffragiis maioris partis in illo non admittendis conceperunt, quidam eidem doctrinae addicti cum ipsis non fecerunt, sequitur, esse hoc contra infimam veritatis speciem, in ea tunc Protestantes mente fuisse, quod omnium corporis euangelici membrorum consensus adsecessionem in partes sit necessarius. At-

F

qui

qui verum esse prius, proxime ostendi. Ergo et posterius, Protestantes scilicet in ea mente fuisse, quod non omnium consensus ad secessionem fit necessarius; Sed quod suffragia partis maioris eorum, qui corpus Evangelicorum faciunt, sufficiant. Ergo haec est mens conventionis in §. 52. art. V. contentae.

§. LXII.

Observandum quoque hoc loco esse censeo, vinculum, quo corpus Evangelicorum conglutinatur, fere esse voluntarium, quod ita intelligo, liberum esse cuique membro corporis evangelici ex illo ad tempus vel in perpetuum discedere, corpore tamen manente, et iuribus suis, veluti eundi in partes vtente.

MOSER Staats-Recht t. 10. p. 18.

§. LXIII.

Qui dissentiunt, a corpore Evangelicorum ad tempus, quamvis ad minimum, discessisse videntur. Quum vero secessio vnius membri vel quorundam non tollat huius corporis formam aut substantiam, sequitur, vt dissentientibus vno aut quibusdam corporis evangelici membris, corpus tamen iuribus suis vti, et per consequens in partes ire possit.

LXIV.

§. LXIV.

Constat quoque inter publici iuris Doctores et rerumpublicarum Scriptores, plerumque fere hoc obtinere, vt, qualis fit vniuersi, talis quoque esse soleat corporum particularium forma. Quum vero in corpore Imperii R. G. secundum regulam suffragia maioris partis vincant, concludi inde posse videtur, hunc quoque morem in corporibus Imperii R. G. particularibus, veluti Euangelicorum inualuisse. Et rem etiam sic sese habere, confirmant egregiae litterae corporis Euangelici apud SCHAUROTH *Samlung der Conclusorum Corp. Euang. t. I. p. 373.*

Und was solchergestalt *secundum perpetuam obseruantiam per maiora in conferentiis* von denen gevollmächtigten *Ministris* geschlossen worden, das hat man eben sowohl *pro voluntate et actu totius corporis Euangelicorum* billig gehalten, als dasienige, was auf eben solche Art in denen drei Rechts-*Collegiis* geschlossen ist, pro actu et voluntate totius Imperii geachtet wird, auch geachtet werden muß, wenn anders *salus publica* durch die gemeine *deliberationes* besorget werden solle.

§. LXV.

Catholici, vel Protestantes, quando in partes eunt, tamquam corpus considerari possunt. Si dubites, in corporis notionem inspicias, neque amplius negabis.

Ve-



Verum quoque et hoc est, conuerfa propositione: vbicunque Catholici et Proteftantes tamquam corpus confiderari poffunt, ibi in partes iri ab ipsis potest.

§. LXVI.

Hinc fequitur, etiam in Senatu, quamuis quaedam membra diffentiant, cum altera parte faciant, et fuffragia contraria ferant, iri in partes poffe; fi modo in reliquis membris forma corporis maneat, et confpicua fit.

§. LXVII.

In alia omnia abit Vir in rebus, quae ad comitia pertinent alioquin nemini facile fecundus, HENNIGES in *Meditat. ad Inftum. Pacis fpecim. V. p. m. 652.*

Negat in fenatu diffentire quemquam poffe, licet extra fenatum fieri hoc poffe, facile ex eius verbis intelliges. *Requirat autem, inquit, lex, vt Catholici omnes ex vna parte, rurfumque omnes Proteftantes ex altera contraria fentiant.* Sed Vir praefantiffimus animaduertiffe mihi non videtur, naturam corporis hoc facile pati, vt quidam diffentiant. Suffragia itaque, fiue fint mixta, fiue promifcua, fi modo corporis forma adfit; iri tamen in partes potest.

§. XXXIII.

Catholici vero hanc HENNIGESII fententiam
auide

auide amplexi, pro se imprimis in caussa Zwingenbergica adduxerunt; sed quum vera per se non sit; Evangelici etiam bene obseruarunt, sententiam hominis priuati, fundamentis §i 52. non innixam, ius contra corpus, facere non posse.

§. LXIX.

Quia tamen difficilius est, vt corporis forma conspici queat, quando suffragia sunt promiscua, vel ipse crediderim, conuenientissimum semper esse remedium, vt votum, quod vocant, commune extra senatum siue sessionem componatur.

SCHOL. Votum commune est, quod nomine plurium fertur, quibus tamen singulis ius suffragii competit.

§. LXX.

De modo ferendi votum commune late egerunt alii: ergo lubens haec praeterueho. Superest, vt notem, corpus, quod vniuersi speciem habet, et per consequens corpus Catholicorum vel Euangelicorum in corpora particularia resolui posse. Ex quo ego quidem concipio iustitiam itionis in partes in separatis collegiis. Quam si locum habere negares; aequalitatem, quae basis est §. 52. art. V., in separatis collegiis tolleres.

§. LXXI.



§. LXXI.

Hic calamum fisto, ea, quae ab aliis occupata iam
sunt, non descripturas.

Ohe ! iam fatis est, ohe ! libelle,

iam peruenimus vsque ad vmbilicos :

iam lector queriturque, deficitque

ohe ! iam fatis est, ohe ! libelle

MART. I. 4. *Epigr. vlt.*



Hinweise

04

Signatur 7. A. 2407		Stok P
RS	Bub	AK
	Titelaufn. AKB SWB est.	

FK

Bio K

Bild K

SWK

Sonderstandort

Signum

Ausleihe-
vermerk

7 A 2407

